re familiari deguntur animo, cor contradunt, fiunt parci
auari, sordidi: Deus accusatur iniquus quod non recte diuidat,
proximus criminatur malignus, quod non plene sibi conueniat, in-
dignantur, murmurant; et vt inopiam suam vel leuent, vel ia-
cam imminentem foribus fugent, iura violant, fraudes, et men-
dacia concinnant, agitatur in furta, latrocinia, caedes, imo
eo audacia nonnunquam etiam procedunt, vt rebus sacris ô
flagitium! manus iniicere, calicem aliquem, vel aliud quiduispre-
tiosum surripere non verentur. Subinde etiam in siluis ex in-
sidijs latitantes in praetereuntem forte Lanionem, qui non nisi
bene nummati, et turgido pecunijs marsuppio domo egredi solent
stipets manum admouent, expiadunt, et ad Eu palpitante
adoriuntur, inuadunt, interimunt, spoliant. Vos appello
auditores quid causae esse putetis, quod aliqui relictis domi
vxore, liberis, in castra militaria se conferant, alij superdio
infelici infelicius sibi vitam adimant, nonnulli etiam pro
aegas Deo ter opt. max. omnibus sanctis eius abrenunciantes
seruituti Daemonum se se addicant? an non plerosque ad
tanta facinora, tam immania, tam crudelia, tam horrenda im-
pelit? impelit. Quocirca Diuinum illud oraculum Salomon
sapienter deprecatur tam paupertatem, quam diuitias: Men-
dicitatem, inquit, et Diuitias ne dederis mihi, tribue tantum
victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum
et dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer
et periurem nomen Dei mei. Durum n. telum est egestatis ne-
cessitas, scleri proclinis, in perpetrandis malis prompta, et
expedita, atq; ad quiduis audendum parata, non minis, non

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 126v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/126v)